

l. 9. ff. de his qui sui vel al. jur. In tutela autem nemo esse potest nisi qui sit sui juris. Atque hæc ratio est cur pupillo adrogato tutela precat, tutore non item.

TEXTUS.
De tempore.

5. Præterea qui ad certum tempus testamento dantur tutores finis eo deponunt tutelam.

Diſt. l. ult.

COMMENTARIUS.

Dixi ad §. 2. *hujus tit.* Hoc autem modo quamvis tempore, ipso tamen jure tutela finitur. Et enim tutela non in nullo jure proprie questio consistit; alioqui tempore ipso jure non finiretur, l. 44. de oblig. & act. sed in facto persone & administratione magis posita est. Quæ autem talia sunt, ut facta sunt temporalia, ita & ipsa cum factis incipere & finire possunt; argumento sit ususfructus, l. un. §. pen. ff. de usufructu leg. ced.

TITULUS XXIII.

DE CURATORIBUS.

Dig. lib. 27. tit. 10. Cod. lib. 5. tit. 70. Et l. 13. tit. 16. Part. 6.

Continuatio & summa tituli; tum genera curatorum distincta.

Transit nunc Imp. ad alterum membrum divisionis posite in *pr. tit. sup. de tutoribus* quod eos complectitur qui cum sui juris sint curatorum tamen auxilio reguntur; exponitque promiscue, quibus & a quibus, quando & quomodo curator detur. Sciendum autem est duo esse genera curatorum: unum eorum qui nulla persone habita ratione, si res exigat, bonis constituuntur, puta vel debitoris latitantis, vel heredis qui in utero est, aut domini qui ab hostibus captus sit, *l. ff. de cur. bon. dand.* quod genus hæc non perinet; alterum eorum qui certis personis que alieno auxilio indigent, dantur ad res earum administrandas; qui hujus sunt argumenti. Sunt autem & ipsi duorum generum; dantur enim vel propter ætatem ejus qui in curatione sit, vel propter animi aut corporis morbum. In prio-

De remotioe & excusatione.

6. Desinunt etiam tutores esse qui vel remouentur à tutela ob id quod suspelli vixi sunt, vel qui ex justa causa se excusant & onus administrande tutelæ deponunt; secundum ea que inferius proponemus.

Diſt. l. ult.

COMMENTARIUS.

Proponuntur hic duo modi quibus tutela finitur, non ipso jure ut superioribus, sed interuentu magistratus, excusatio scilicet, & justa suspicio. Excusatio volentem liberat, suspicio inuitum reuocat. Est vero major excusationum usus tutela delata, quam suscepta. Sed & quasi suspectus quis postulari & remoueri potest antequam incipiat tutelam gerere, de quibus suo iterum loco. De excusationibus est *tit. pen. hujus libri 1. de suspensis tutoribus tit. ult.*

TEXTUS.

De adultis.

Masculi quidem puberes & femine virpentes usque ad vicesimum quintum annum com-

DE CURATORIBUS.

pletum curatores accipiunt; quia licet puberes sint, adhuc tamen ejus ætatis sunt ut sua negotia tueri non possint.

L. 12. in fin. tit. 16. Part. 6.

COMMENTARIUS.

1. Cur tutela in feminis citius quam in maribus finiat; cura eadem ætate in utriusque.
2. Quare femina biennio maturius quam masculi ætatis veniam impetrare possint.
3. Quando dies captus pro completo habeatur, & contra.
4. Cur placeat ætatem 25. annorum finem asserre curationi.
5. Cur tam curiose de curatore adolescentibus dando caveatur, cum nihilominus si capti fuerint in integrum restituantur.

1. Usq[ue] ad vicesimum quintum annum]

Tutela in maribus tardius finitur quam in feminis, quia femine ut superius dictum est citius pubescunt. At cura in utriusque eodem tempore finitur; nam in utroque annum vicesimum quintum. Et vero nulla ratio est cur femine maturius quam masculi cura liberari debeant; cum potius diuturniore cura continendæ videantur propter sexus fragilitatem, ob quam & in perpetua cura olim fuere. Et jure quidem ordinario ante hanc ætatem curatio non finitur. Ceterum adolescentibus honestate morum præditi post annum vicesimum, femine quas morum honestas mentisque solertia commendat post annum octauum decimum ætatis veniam à Principe impetrare possunt, ut ex eotempore res suas sine curatoribus administrarent; ac tum quidem in integrum non restituantur, *l. 1. & 2. C. de his qui ven. ætat.* Sed tamen in eo adhuc simili conditione cum ceteris minoribus sunt; quod immobilis sine decreto alienare aut obligare non possunt, *l. 3. C. de h. tit.*

2. Cur autem hoc feminis biennio maturius conceditur? D. Bachovius negat solidam ejus rei rationem dari posse. D. Brederovius inquit, ad *Sebnid.* hanc asserit, quod quamvis iustum sit virili, tamen que natura solertiores sunt si ad virtutem pergant celerius maribus prudentes fieri, propterea quod vehementiores multo in feminis affectiones sunt quam in viris. V. ANN. Patrio Hispanorum jure statutum est ut ætatis venia à Regia Curia quam Cænam vocamus, impetretur, *Auo*

92. *lib. 2. tit. 4.* cum olim eius concedendi auctoritas ad universum Consilium Regium spectaret, *Aut. 34. lib. 2. tit. 19.* Corporalem autem impetrantis presentiam quæ hoc iure desiderabatur, non amplius necessariam esse in comperto est apud AA. nostros. Illud omnino notandum, etiam hæc venia non obtenta tutelam sive curam apud nos finire simul ac minor uxoratus decimum octauum annum adimpleverit; ex quo demum tempore libera ei tum suæ, tum uxoris pecunie permittitur administratio, *leg. 14. tit. 1. lib. 5. Recop.* quæ lectu dignissima est. **ADDIT.**

3. *Completum*] Curatio non finitur nisi anno vicesimo quinto exacto & completo. Hoc enim utile minori visum est ut tempus à momento in momentum spectetur; nam si postremo vicesimi quinti anni die cepto ac nondum completo læsus sit poterit adhuc in integrum restitui, *l. 3. §. 3. ff. de minor.* Ad quem locum Glossa notat diuceptam pro completo haberi quoties id alicui utile est; aut alicui favorabile; ut in usucapionibus, *l. 6. de usucap.* in testamenti factione, *l. 5. qui testam. fac.* in manumissionibus, *l. 1. de manumiss.* quo etiam pertinet *l. 134. de verb. sign.* In honoribus quoque favoris gratia constitutum esse, ut annus incoactus pro pleno habeatur, *l. 8. de ma. & bon.* Contra autem, ubi favorabile est non numero dierum sed momenti temporum annum dividi, diem ceptum pro completo non haberi, ut in temporalium actionum præscriptione, *l. 6. de obi. & act.* in vacatione tutelæ, *l. 2. de excus.* & in casu proposito; ita & *Costal. ad l. 3. §. 3. de minor.*

4. Cur autem placeat ætatem 25. annum finem asserre curationi docet nos Ulp. *l. 1. §. 2. d. tit. quia,* inquit, post hoc tempus completur virilis vigor, convenienter sententia Physicorum qui trahunt anno vicesimo quinto quo corpus cretore desinit etiam animam ad summum perfectonis suæ gradum pervenire, eaque demum ætate evidentiæ vigoris animi & constantie mentis vestigia emergere; conquiscente scilicet illa humorum ac corporis perpetua agitatione ac perturbatione cui adolescentibus obnoxii. Quomobrem & justa, perfecta, integra, robusta hæc ætas in libris nostris appellatur. *Græcis ἀλμυ (vigor) dicitur. Putsch D. Cujac. de minor. in præadd. Magr. 6. Physiolog. 5.* Quamquam igitur nature lege certa ex annorum numero perfecta ætatis definitio non est, nisi κατὰ πλάτος (late sive ge-

neraliter), tamen ex his quæ diximus abunde patere arbitror, hanc ætatis justæ definitionem non esse juris mere positivam existimari Bachovius VINN. Immo esse naturalis ratio movit Romanos ut anno ætatis 25. minorentatem finirent, quam Saxones ut anno 21. D. finitus hic annus videtur lege Lætoria, quæ ideo *quinquagenaria* dicitur Plauto in *Pseud.* act. 1. scen. 3. v. 69. Annus vero potissimum 25. electum arbitror à Lætorio, quia vulgo Romani longissimum humanæ vitæ spatium 100. annis circumscribebant. l. 56. ff. de usufr. Plin. lib. 7. *hist. nat. cap. 4.* Sen. de brev. vitæ cap. 3. Ejus ergo primum quadrantes juvenuti tribuebat Lætorius, & hinc eandem annu ætatis 25. finiri existimabat. Observationem hanc collegit olim conjunctissimo Nic. Hieronymo Gualdingio me debere lubens fateor. HEIN.

Ad hoc tamen ejus ætatis sunt Constat inter omnes, ait Ulp. l. 1. pr. de min. fragile esse & infirmum hujusmodi ætatum consilium, multo-rumque captionibus & insidiis expositum; ideoque prætorum naturalem æquitatem secutum auxilium adolescentibus adversus captiones polliceri; & in fin. d. l. 1. addit, ideo eos usque ad vicesimum quintum annum curatorum auxilio regi.

5. Sed quid opus fuit de curatore adolescentibus dando tam curiose cavere, cum si capti fuerint prætor eos in integrum se restitutum pollicetur, nec iis minus subveniat qui curatorem habentes eo auctore quid gesserunt? *tot. tit. C. si tut. vel cur. int.* Nimirum magis decorum atque honestum visum est in tempore occurrere & providere ne minores capiantur, quam ut assiduis implorationibus tribunalia personent. Deinde quia id etiam minoribus tutius est & utilius, ne post vulnèratam causam remedium querentibus impedimentum aliquod objiciatur, l. ult. C. in quib. caus. in int. rest. nec. Curatoris autem consilio & prudentia efficitur ut non tam facile ledantur, nec necesse sit restitutionem in integrum toties postulare; quamquam si nihilominus læsi proponantur auxilium iis prætor non denegar. Illud obiter monendi sumus, non tantum ætate curationem finiri, sed alius etiam ex causis, atque ex iisdem fere ex quibus finitur tutela. Denique similiter vel ipso jure, ut adrogatione adolescentis, morte, servitute, deportatione vel adolescentis vel curatoris; vel interventu magistratus, ut excusatione, remotione.

TEXTUS.

A quibus dentur curatores.

1. *Dantur autem curatores ab eisdem magistratibus à quibus & tutores. Sed curator testamentum non datur; datus tamen confirmatur decreto prætoris vel præsidis.*

L. 13. tit. 16. Part. 6.

COMMENTARIUS.

Ab eisdem magistratibus Igitur Romæ à præfecto urbis vel prætoris; in provinciis à præsidibus; in municipiis aut agris municipiorum à magistratibus municipalibus juxta distinctionem traditam §. 5. *Inst. sup. de Attil. tut. l. 5. ff. de tut. dat.*

Testamento non datur Idem traditur in l. 7. C. de test. tut. At quamobrem? Nimirum quia puberes, quibus solis curator datur, ipsi si velint res suas administrare possunt; de quo mox plura. Eademque ratio est cur pater liberis suis puberibus substituere non possit, scilicet quia ea ætate ipsi sibi testamentum facere possunt, l. 2. de vulg. & pap.

Datus tamen confirmatur Sive à patre sive à matre datus sit; & confirmatur perinde ut tutor testamentum non legitime datus, *ll. 1. in fin. 2. §. 1. & 2. ff. de conf. tut. l. 2. C. eod. ac proinde naturam sapit testamentarii, l. 7. ff. rem pup. salv.* Est autem credibile hanc curatoris testamentum dati confirmationem post constitutionem M. Antonii primum introductam fuisse qua cavet ut omnes adulti curatores acciperent, secundum ea quæ mox dicemus.

TEXTUS.

Quibus dentur.

2. *Item invitii adolescenter curatores non accipiunt præterquam in titem curator enim & ad certam causam dari potest.*

Diēt. l. 13.

COMMENTARIUS.

1. *Adolescentes olim invitios curatores non accipiunt; neque id mutatam constitutionem D. Marci.*

2. *Responsio ad loca qua in contrarium asseruntur.*

*H*ic locus quamquam in foro nullum usum habet (constat enim adolescentem etiam invitios hodiernis moribus curatores accipere);

DE CURATORIBUS.

tamen ad juris Romani cognitionem multum conferre potest diligens ejus expositio. Ait, *invitii*: in quo primum secum pugnare Justinianus videtur, qui initio hujus tituli dixit ideo minores 25. annis curatores accipere quia ejus ætatis sunt ut negotia sua tueri non possint. Deinde cum Justiniano Ulp. qui in l. 1. §. ult. de min. expresse scribit, minoribus 25. annis rei suæ administrationem committi non debere quamvis rem suam bene gerentibus. Accedit quod ne Principes quidem, nisi perarao quæ extra ordinem, minoribus rerum suarum administrationem indulgere soleant, auctore eodem Ulp. l. 3. pr. d. tit. Rævardus 1. var. 17. & Cujac. in l. 1. de excus. socordiam Triboniani accusant, quasi ex veteri jure legis Lætoriz hic repetiverit quod jam pridem constitutione D. Marci abrogatum erat.

1. Sed enim & ex responsis recentiorum Jurisconsultorum & ex posteriorum Imperatorum rescriptis manifeste evincitur, etiam post D. Marci constitutionem non omnes minores curatores accipere coactos. Veluti ex eo quod Pappian. scribit l. 13. in fin. de tut. dat. non nisi minoribus desiderantibus curatores dari solere, & quod Modestian. l. 3. §. pen. & ult. qui per. tut. non licere aliis curatore minoribus petere, sed licere illis curatore duntaxat sibi petere posse. Item ex eo quod Imperatores Diocletianus & Maximianus Attiano minori rescribunt, l. 3. C. de in int. rest. interesse utrum is curatorem habeat an non habeat; si habeat, contractum ab Attiano initum jure non subsistere; si non habeat, subsistere, implorandaque esse restitutionem in integrum. Denique non uno in loco invenias adolescentes sine curatoribus propostis, ut in l. 7. §. 2. de min. l. 43. §. 3. ff. de proc. ll. 1. & 7. C. qui per. tut.

Vix hæc componi poterunt nisi à capite rem accersamus. Igitur cum legg. 12. tabb. de curatoribus propter ætatem adolescentibus dandis nihil cautum esset, neque certum ullum remedium adversus captiones & circumscriptiones quibus hæc ætas obnoxia introductum; lata postea est lex Lætoria, qua & circumscriptioni adolescentem abunde provisum est, atque insuper permissum curatores adolescentibus dari; non promiscue tamen, sed quod ingenio nimis hebeti essent, mentis suæ non sætis compotes, & fortassis ob alias etiam causas quas exprimere & magistratui probare debebat qui curatorem iis dari postularet. Quod quoniam odiosum erat, & pудо-

rem eorum quibus curator dabatur suggestabat; tandem M. Antonius Philosophus de curatoribus ita statuit, ut omnes adulti curatores acciperent non redditi causis, auctore Capitolino in *Marco cap. 11.* Horum autem verborum hunc esse sensum apparet, ut deinceps ex constitutione Antonini omnes adolescentes indiscriminatum curatores accipere possent, remissa necessitate allegandi & probandi causas ob quas peteretur, quod exigebat lex Lætoria; non inquam ut invitii acciperent, sed ut sine periculo existimationis si vellet curatorem habere possent. (Meminit legis Lætoriz etiam Cic. 3. de offic. cap. 13. & 3. de nat. Deor. cap. 20. Plautus in *Pseud. act. 1. scen. 3. v. 69. quinquagenariam* appellat ut nonnulli existimant.) Nulla igitur ratio est cur Triboniano incensum oscitantiam, cum ne quidem post constitutionem Antonini invitii adolescentes curatores acciperent.

2. Quid ergo respondemus ad ea quæ hinc sententia paulo ante objicimus? Nempe quod Imperator initio hujus tituli ait, puberes usque ad vicesimum quintum annum curatores accipere, de volentibus & petentibus accipiendum esse, arg. hujus §. junct. l. 1. §. pen. & ult. qui per. tut. vel cur. cui & subjecta ab Imperatore ratio accommodanda est; Ulpianum autem l. 1. §. ult. de min. de effectu curæ jam constitute loqui, cujus ævis sit ut minores quibus petentibus semel curator datus est hujus curatoris auxilio usque ad annum 25. regi debeant; nec possit magistratus cum quem semel curatorem dedit à munere suo removere, minoribusque ob id quod jam amplius sub cura vivere non lubeat rerum suarum administrationem restituere, arg. ll. 2. & 3. in pr. eod. tit. ubi hujusmodi magistratuum decreta ut ambrosius Imperatores interpretantur & improbant; quoniam solius Principis sit ætatis veniam concedere; adi & Franc. de Anaya sapientissimum Hisp. Jctum. lib. 1. *obser. jur. cap. 9. VINN.* Cum crucem figat hic paragraphus viris doctissimis, rem exemplo Vinnii nostri à capite accersemus. Legibus XII. tabb. soli furiosi accipiebant curatores. Nam quamvis vulgo & prodigos addunt ob l. 13. ff. de cur. furios. §. 3. *Inst. hoc tit. & Ulpian. in fragm. tit. 12. §. 1.* vix tamen dubitaverim quid id intelligendum sit eodem modo quo & legitima patronorum tutela è 12. tabb. repetitur, §. *ton. Inst. de leg. patr. tut.* Nam in l. 1. ff. de cur. furios. moribus id initio

introducendum esse scribitur, id est, ut ego interpretor, interpretatione prudentum, qui furiosus admittant prodigiosa quia & ipsi furiosum rerum suarum faciebant exitum, l. 12. §. 2. ff. de tut. dat. l. 1. pr. ff. de cur. fur. Quia ergo curatio quodammodo ignominiosa habebatur, ei non suberant adolescentes nisi ipsi peterent, idque cautum fuerat lege Lætoria. Vulgo equidem existimant, hac lege tantum adolescentibus dementibus & lascivis datos esse curatores; eamque sententiam ipse secutus sum in *Antiq. Rom. lib. 1. tit. 23. §. 6.* sed sic vix novi quid sanxisset M. Antoninus, cum jam pridem omnes dementes & prodigi curatores ex lege XII. tabb. earumque interpretationem acciperent. Efficillit ergo plerosque locos Julii Capitolini in *vit. Marci c. 10. De curatoribus vero cum ante non nisi ex lege Lætoria vel propter lasciviam vel propter dementiam darentur, ita statuit ut omnes adulti curatores acciperent non redditis causis.* Verum non dicit Capitolinus, ex lege Lætoria tantum dementibus & lascivis curatores datos esse, sed ante Antoninum fuisse trium generum curatores, alios ex lege Lætoria datos esse adolescentibus, alios ob lasciviam ex moribus, alios ob dementiam ex legibus XII. tabb. Addit deinde quid novi sanxerit Antoninus, nimirum ut omnes adulti curatores acciperent non redditis causis. Ergo ex lege Lætoria curatores accipiebant adolescentes non omnes, sed qui peterent, & quidem causa probata. Adolescentes ergo non invitati accipiebant, sed petentes. Petendi vero plures esse causas poterant, quia nemo temere cum minoribus vellet contrahere, & horum tamen interesset ut contractus iniretur. Cum vero plerumque curatores peterent si quando contrahere vellet ex alienum sapienter aditum fuerat legi Lætorix, curatores-istis datum iri redditis causis. Proculdubio enim inquisivit prætor quod negotium explicaretur esset minor, & an expediret illi curatorem dari. Talis fuit lex Lætoria. At aliter Marcus Antoninus Imp. rationes iniit, qui omnes minores curatores accipere jussit non redditis causis. Recte ergo l. 33. §. 1. ff. de admin. & peric. tut. dicitur, officium tutorum curatoribus constituitur sine accipere. Recte in l. 1. §. 5. ff. de min. omnes adolescentes in aetate tuque 25. annorum curatorum auxilio regi dicuntur. Ita enim omnino sese habere cepit post Marci Antonini constitutionem. Quid ergo de verbis Justiniani qui invitos negat curatores accipere? An cum

Revardio lib. 1. var. cap. 17. inscitius arguimus Tribonianum, jus ex lege Lætorix antiquam pro novo & recepto obtrudendum? Quasi vero verisimile sit Tribonianum in re disponendis nota errare potuisse. An cum Veljejo §. nostrum de curatore in litem, vel cum Vinnio l. 1. ff. de min. de eo qui jam curatorem accepit interpretabimur? An neutrum conciliandi rationem verba admittere videntur? Potius dixerim, etiam post Marci constitutionem non nisi petentes accipere curatores; eundem tamen Imperatorem voluisse ut omnes acciperent. Prius ex l. 13. §. ult. ff. de tut. & cur. dat. l. 2. §. penult. & ult. ff. qui per. tut. posterius ex Julio Capitolino patet. Inveniendi ergo erat ratio qua adolescentes veluti cogerebantur curatores peteret; & id eo modo facile sebat quod non prius tutela finita crederetur quam quis curatorem petisset; quo pertinet l. 31. §. 1. ff. de adm. & per. tut. & l. 5. §. 5. ff. eod. Non ergo obtudebatur curator invitatis, sed dabatur petentibus; petere autem debebant omnes, quia non prius rerum suarum administrationem accipiebant quam petissent. His ambagibus opus videbatur, quia vulgo cura minorum ignominiosa quid inesse videbatur, l. 3. C. de in integ. rest. Atqui multi adolescentes, inquis, olim sine curatorem res suas administrarunt; idque discimus ex l. 7. §. 2. ff. de min. & l. 3. C. de in integ. restit. Respondeo id ad factum non ad jus pertinere. Nam & impuberes aliquando negligentia eorum qui tutores petere tenebantur sine custodiibus erant, uti ex toto titulo qui petant tut. vel curat. colligimus; nec tamen inde sequitur ut existimemus in arbitrio fuisse impuberum sine tutoribus agere mallent, ac custodi subesse. Hæc paulo prolixius quia vulgo parum accurate traduntur. Hein.

Præterquam in litem) Sive litem minor intendat sive excipiat, l. 2. C. qui leg. pet. stand. in jud. Quod ideo comparatur, est ne minoribus agentibus aut iudicio conventi adversarius elusorio iudicio latur, cum sententia adversus minores indefensos lata nullius momenti sit, l. 54. de re jud. Idem & in aliis rebus simili æquitate ratione receptum, veluti si debitor velit aut cogatur minori solvere, l. 7. §. 1. de min. si is qui tutor fuit rationem administrationis sua reddere desideret, l. 7. C. qui per. tut.

Ad certam causam) Duplex igitur hic inter tutelam & curam differentia animadvertitur; una est quod curator non detur in-

to tutor invito detur, l. 6. de tut. & cur. dat. altera quod curator ad certam causam dari potest, tutor non potest. §. 4. Inst. sup. qui ten. tut. dar. Neutrum autem horum moribus hodiernis observatur ut alibi ostendimus. Vinn. Baravia nimirum sua. Verum an idem & apud Hispanos obtineat ex superius a nobis concludendum; que si vera sint nec præcedens textus locum aliquem apud nos habebit. ADDIT.

TEXTUS.

De furiosis & prodigis.

3. Furiosi quoque & prodigi licet majores vigintiquinque annis sint sament in curatione sunt agnatorum ex lege duodecim tabularum. Sed solent Roma præfectus urbi vel prætores, & in provinciis præsidet ex inquisitione eis curatores dare.

Dicit. l. 13.

COMMENTARIUS.

x Prodigione ipso jure, sive eo ipso quod prodigus est, bonis interdictionem intelligi debeat? an vero ad id requiratur sententia magistratus?

NON uti tutela quædam impuberum legitima est, ita & cura quædam minorum puberum. Tutela legitima agnatis proximis lege deferitur propter spem certam successione, l. 1. de legit. tut. Cura autem nulla ob aetatem lege delata est, quia puberes testamentum facere & præteritis agnatis quem velint sibi heredem instituire possunt. Unde jam intelligitur, cur ob furorrem vel prodigialitatem a lege curatores dentur; nimirum quia furiosi & prodigi, qui non magis quam impuberes testamentum facere possunt, certos successores habent agnatos, quos ideo & curatores esse lex voluit.

Licet majores) Et magis igitur si minores sint. Nam lex omnes furiosos & prodigos, solis pupillis exceptis, in curatione agnatorum esse voluit. Ceterum postquam minores omnes ex oratione D. Marci curatores accipere ceperunt, placuit curatorem minori 25. annis furioso, non ut furioso sed ut adolescentem dari, non propter furorrem sed propter aetatem, l. 3. §. 1. ff. de tutel. Quem locum non videtur inspexisse D. Bachov. sed prin-

cipium duntaxat d. l. 3. ex quo contrarium defendere conatur. Ant. Faber i. jurispr. 12. pr. 1. ilat. 6. contendit dictum §. 1. Tribonianum esse, & a juris ratione alienum. Nam cum curator minoris non persona sed rebus detur, furiosi contra personam interesse furiosi quasi furioso potius quam quasi adolescentem curatorem dari. Bella ratio. Credo, ne alioqui nuptiæ a furioso sine consensu curatoris contractæ rata sint; aut ex negotio gesto saltem cum auctoritate curatoris obligetur. Ex professo cum Fabro congreduerit eximius jurisconsultus Hispan. Franc. de Amaya lib. 1. obs. jur. cap. 8.

Ex lege duodecim tabularum) L. 1. l. 12. de cur. fur. Ulpian. in fragm. tit. 12. §. 1. Verba legis recitat M. Tullius lib. 2. de invent. cap. 50. & 3. Tacit. cap. 5. Si furiosus exiit, agnationem gentiliamque in eo pecuniaque ejus potestas erit. Unde nonnulli existimant legem de prodigo nihil nominatim cavisse, sed per interpretationem ita acceptam esse propter successione emolumentum, quod ut furioso, ita & prodigo mortuo ex lege apud agnatos est, arg. tit. Inst. de leg. par. tut.

1. Prodigium definit Ulp. d. l. 1. cum qui neque modum neque finem impensurum habet, sed bona sua dilacerando & dissipando profundit. Unde vulgo queri solet, an prodigium intelligendus sit qui factus talis est, an vero decretum magistratus expectandus; hoc est an ipso jure & lege XII. tabb. dissolutio & luxuriose viventi bonorum administratione interdictione intelligatur, an vero tum demum cum talis esse sententia magistratus declaratus est? Dicendum, eum qui moribus talis est qualis in d. l. 1. describitur, revera quidem & ethice prodigium esse (nam vitia & virtutes non pendunt ex cognitione & sententia judicis sed propriam naturam & formam habent), ceterum quoad rerum suarum administrationem neminem ante politice & effectum juris pro prodigo haberi quam ea administratione causa cognita decreto magistratus ei adempta sit; ejusmodi decreti extat vetus formula apud Paul. i. sent. 4. Nimirum bonorum administrationis ademptio sine interdictione non juris est sed jurisdictionis; hoc est nemini speciatim bonorum administrationem lex interdicit, ac ne potest quidem interdici; sed generaliter interdici jubet omnibus, idque auctoritate magistratus, quos prodigos esse causa cognita constabit, eumque cui bonis publice interdictionem est vult esse in curatione agnatorum, Ulp. d. tit. §. 1. fac. §. 2. Inst. inf. quibus

non est perm. fac. test. l. 6. de cur. fur. qui tamen & lege interdici bonis dicitur, d. l. 1. de cur. fur. l. 18. qui test. fac. l. 5. §. 1. de acq. her. propterea quod lex id fieri jubet, & quia à lege curatorem & administratorem bonorum accipit. Bene igitur & rationi juris convenienter Horatius 2. sermo. 3.

... Interdicto huic omne adiapat jus Prætor, & ad sanos abeat tutela propinquos.

Furiosus alia ratio est; nam cum furor per se emineat, ut furiosus bonis à magistratu interdicitur non requiritur; at vero an quis prodigus haberi debeat ex multis & variis circumstantiis æstimandum est, de quibus magistratum cognoscere & pronuntiare oportet; ne quis temere in hominem sui juris & liberalem forte magis quam prodigum potestatem aliquam sibi usurpet, aut cuiquam probabilis ignorantia noceat. Atqui, inquit, prodigum receptis sanis moribus & cum frugalitate in gratiam reversus desinit ipso jure esse in curatione, d. l. 1. de cur. fur. Sed ne hoc quidem excludit cognitionem & declarationem magistratus; utique necesse est ut publice & aperte de eo constet, uti communiter DD. nostri, teste Angelo, statuunt. Atque hoc etiam concedo si quis contraxerit cum manifeste luxurioso, eoque quem sciebat pecuniam illico male consumiturum, dici posse esse quod sibi imputet, arg. l. 8. pro emi. Vigl. in §. 2. inf. quib. non est perm. test. fac. Myns. hic Gall. 2. obs. 51. Paul. Bus. ad l. 6. de verb. obsl. Ant. Fab. C. suo de cur. fur. def. 7. Decker. 2. diss. 8. D. Tuld. hic c. 4. & ad rit. C. de cur. fur. Christin. vol. 1. tit. 163. Vinn. Nostris motibus semper requiritur sententia declaratoria, ejusque publicatio teste Gregorio Lopez in gloss. 2. ad l. 13. tit. 16. Part. 6. ADDIT.

Sed volent Rome] L. 1. de cur. fur. l. 8. §. ult. de tut. & cur. dat. qua tamen in re, quam minimum potest magistratus à lege x. l. tabb. recedit; nam alius administrationem dare non solet, nisi agrati aut nulli sint, aut minus idonei, l. 13. de cur. fur.

TEXTUS.

De mente captis, surdis, &c.

4. Sed & mente captis, & surdis, & mutis, & qui perpetuo morbo laborant (quia rebus su-

is superesse non possunt) curatores dandi sunt.

Dist. l. 13.

COMMENTARIUS.

Mente captis] Furiosus utique & mente captus est, hoc est demens sive amens, nam furor definitore Plerone 3. Test. est mentis ad omnia cecitas. Plerumque tamen separatur, ut in l. 27. §. 5. de recep. arb. l. 2. ff. de inoff. test. l. ult. §. 1. de adm. tut. uti & furor & dementia, l. 8. de tut. & cur. dat. l. 6. de cur. fur. mente captus dicitur, dicitur, furiosus manens, Cic. in Pison. cap. 20. Ego te non recordem, non furiosum, non mente captum, non tragico illo Oreste aut Agamemnone demenitorem putem? Hoc autem distate furiosum à mente capto Interpp. nostri docent, quod ille rabie quadam animi agatur, quales fabule memorant Athamantem, Herculeum, Ajacem, Orestem; hic magis in quiete sit, nec ulla fere signa ostendat extrinsecus, quod vitium plerumque naturale & perpetuum est. Furiosorum autem duo sunt genera; nam in quibusdam morbus perpetuus est & continua mentis abalienatio; in quibusdam remissionem & intervalla habet, l. 14. de offic. prof. l. 12. §. 2. de judic. l. 22. §. 7. ff. sol. matrim. l. 6. C. de cur. fur.

Surdi & muti] De surdis & mutis est in l. 8. §. 3. de tut. & cur. dat. generatim de omnibus qui in ea causa sunt ut superesse rebus suis non possint, l. 22. cod. tit. De excis nihil cautam, quippe qui rei suæ familiaris, si nihil aliud impediatur, satis bene preesse possint.

TEXTUS.

De Pupillis.

5. Interdum autem & pupilli curatores accipiunt, ut puta si legitimus tutor non sit idoneus: quoniam habenti tutorem tutor dari non potest. Item si testamento datus tutor, vel à prætor aut præside, idoneus non sit ad administrationem nec tamen fraudulenter negotia administrat, solet ei curator adjungi. Item loco tutorum qui non in perpetuum sed ad tempus à tutela excusantur, solet curatores dari.

Dist. l. 13.

COMMENTARIUS.

Habenti tutorem tutor dari non potest] Regula juris civilis passim in hoc argumento tradita, l. 27. ff. de test. tut. l. 9. C. qui pet. tut. l. 9. C. qui dar. tut. Cujus veratio est quæ à Wesembecio redditur, quod cum tutor personæ pupilli & universo ejus patrimonio datus intelligatur, §. 17. Inst. inf. de excus. hoc jus ei invito, quamdiu tutor manet, sine injuria adimi aut minui non possit apposito alio tutore. Curator autem recte adjungitur juvandi & sublevandi tutoris causa; & volenti ac petenti item tutor. Ceterum nullum usum hæc regula hodiernis moribus habet, Grot. lib. 2. introd. cap. 7 & jure Romano non unam exceptionem. Nam primo habenti tutorem tutor dari potest aliarum rerum, l. 21. §. ult. de excus. nempe patrimonio pupilli quod in alia provincia habet, l. 39. §. 8. de adm. tut. Deinde si tutor furere cœperit, aut mutus vel surdus factus sit, complura senatusconsulta facta esse Cajus auctor est, ut in ejus locum alius tutor detur, l. 17. de tut. Idem denique traditum est, si tutor Reip. causa abesse cœperit aut ab hostibus receptus sit aut relegatus, ll. 12. & 15. ff. de tut. ll. 1. & 4. C. in quib. caus. tut. hab. Quod tamen & ipsum in perisque causis non est perpetuum; nam alibi legimus, ob morbum aut insaniam tutoris curatorem interim dare, l. 10. §. ult. de excus. item propter absentiam eorum omnium qui ad tempus excusantur, ll. 15. & 16. de tut. & cur. dat. Existimo prætorum pro qualitate morbi aut diuinitate absentie modo tutorem modo curatorem dedisse, Veteresque hisce nominibus promiscue saepe usos. Vinn. Sed si vera sunt quæ superius monimus, frustra exquiruntur alii tutor, an curator dandus sit. ADDIT.

Nec tamen fraudulenter] Nam fraudulenter in re pupilli versanti non curator adjungitur sed tutela interdicitur, l. 6. C. de susp. tut. §. ult. Inst. inf. cod. Hæc autem clausula in legitimo tutore ommissa est, cujus existimationi propter necessitudinem paritur etiam si quid forte peccaverit & curator ei po-

tius adjungi solet quam ut notata fide à tutela removeatur, l. 9. de susp. tut.

Sed ad tempus] Quod Reip. causa absint. l. 15. de tut. dat. aut ob aliam necessariam aut justam causam, l. 16. cod. In ejus autem locum qui in perpetuum excusatur alius tutor sufficitur, l. 11. §. 1. ff. de rest. tut. l. 1. C. in quib. ca. tut. hab.

TEXTUS.

De constituendo auctore.

6. Quod si tutor vel aduersa valetudine vel alia necessitate impediat, quominus pupilli administrare possit, & pupillus vel absit vel infans sit, quem velit auctorem, & periculo ipsius tutoris, prætor vel qui provincie prærit de reo constituit.

L. 96. tit. 18. Part. 3.

COMMENTARIUS.

Non semper ex causis quas diximus, tutori curator à magistratu additur; sed solet decreto prætoris auctor constitui periculo tutoris, quotiescumque aut diffusa negotia sunt, aut dignitas vel etas aut valetudo tutoris id postulat, l. 24. de adm. tut. quem adiutorem tutelæ appellat Pompon. l. 13. §. 1. de tut. Curator quoque ex istis causis similiter auctorem dat, l. unie. C. de adm. tut. seu cur. dandi.

Vel absit vel infans sit] Nam si præsens sit & fandi potens, nihil necesse est prætoris adire auctoris decreto constituendi causa, cum pupillus ut dominus auctore tutore procuratorem constituere possit, d. l. 24. ff. de adm. tut. l. 11. C. de procurat.

Periculo ipsius tutoris] Quamvis tutor curatoris sibi adjuncti periculum non præstet, auctor tamen & adiutor tutelæ periculo tutoris constituitur, licet decretum interveniat, d. ll. 13. §. 1. de tut. & 24. de adm. tut. Hoc id eo, quia is qui nominat idoneum esse promittere videtur, arg. leg. 1. de magistrat. l. 4. §. 3. de fidej. & nominat.

TITULUS XXIV.

DE SATISDATIONE TUTORUM VEL CURATORUM.

Dig. lib. 27. tit. 7. Cod. lib. 5. tit. 57. Et l. 9. tit. 18. Part. 6.

Continuatio, & argumentum tituli, cum summa plerorumque qua tutela & cura communita.

Hactenus dictum est de tutoribus & curatoribus distincte & separatim, expositumque quae tutela quae etiam cura sint propria. Quae nunc sequuntur, satisfactio, excusatio, suspecti accusatio & remotio, pronuntiatio sunt, & utriusque muneris communia. Quamobrem quae forte de uno genere brevitate causa dicemus, ea de altero quoque intelligenda sunt. Hic autem titulus quamvis simpliciter inscriptionem, duo tamen capita habet: unum est de satisfactio- ne à tutoribus in preparatione ad officium exigenda, qui respondet titulus in *π.* rem pup. salv. for. alterum de magistratibus in subsidium convenientibus, de quo *tit. π.* & *C. de magist. conv.* Praeter satisfactioem, & dux alia res sunt quae hic omittit à tutoribus & curatoribus omnibus exiguntur, inventarii rerum pupillaria confectio, *l. 7. ff. de adm. tut. l. ult. C. arb. tut. l. 2. C. de adm. tut. de quo ad Christ. tit. vbi. 3. dec. 151. n. 6. & seqq. & dec. 163. n. 7. & seqq. Gro. 1. mand. 9. deinde ut fident se rem ex fide atque ad utilitatem cure suae commissorum gesturos esse, *Nov. 72. cap. ult. unde aurb. quod generaliter C. de cur. fur.* Ad haec pro officio administrationis bona tutoris & curatoris pupillo adolescenti tacite pignori sunt obligata, *l. 20. C. de adm. tut. & ibi DD. Christina. d. dec. 151. VINN.* Et haec sancuntur sequentibus Hispania legibus, *9. & 15. tit. 16. Part. 6. & 23. tit. 11. Part. 5. ADDIT.* Postremo in eo quoque eadem conditio est tutorum & curatorum, quod bona pupilli minorive immobilia, atque ex mobilibus quae servari possunt, alienare eis non licet sine cognitione & decreto iudicis, *l. 22. C. de adm. tut. & ibi DD. Add. Christ. d. dec. 151. cum seqq. VINN.* Tutor jure Regio omnia bona mobilia vendere potest, praeterquam servos antiquos, *l. 18. tit. 16. Part. 6.* consilium tamen faciet si neque haec sine decreto iudicis alienaverit, *Olan. Antonom. jur. civ. & Reg. verb. tutor.* Praeterea jure Regio*

tutor rem pupilli emere non potest, *l. 23. tit. 11. lib. 5. Recop. quo loco punitur poena quadrupli, nisi emerit à contutore & cum manifesta pupilli utilitate, l. 5. tit. 5. Part. 3. A. DDIT.*

TEXTUS.

Qui satisfacere cogantur.

Ne tamen pupillorum pupillarumque, & eorum qui quove in curatione sunt negotia à curatoribus tutoribus consumantur vel diminuantur, cures prator ut & tutores & curatores eo nomine satisfactioem. Sed hoc non est perpetuum; nam tutores testamento dati satisfacere non coguntur, quia fides eorum & diligentia ab ipso testatore approbata est. Item ex inquisitione tutores vel curatores dati satisfactioem non onerantur, quia idonei electi sunt.

L. 9. tit. 16. Part. 6.

COMMENTARIUS.

- 1 Quando pignora in vicem satisfactioem admittantur.
- 2 Plures fidejussores unius tutoris beneficium divisionis non habere; at ex per sona plurium tutorum actionem inter fidejussoribus dividit.
- 3 Nullum esse genus tutorum in quo non aliqui satisfactioem legi soluti.

Eo nomine satisfactioem] Satisfacere proprie est fidejussoribus datis cavere, *l. 1. qui satisfactioem cog.* Atque hoc praeterea stipulationes regulariter desiderant, *l. 7. de prat. stip. munitur* quia praetor fere cavere jubet de quo interest nec certam aestimationem habet, ideo pignora dari noluit; cum sciri non possit quae & qualia deponenda sint. Sed & pignora multis casibus sunt obnoxia, multa etiam incommoda, & tediousam habent custodiam; quod notat Castr. ad *l. 1. qui satisfactioem cog.*

1.

DE SATISDATIONE TUTORUM VEL CURATORUM.

1. Quod si cautio pro re certa aut quantitate praestanda sit etiam pignora admittit, *l. 1. §. 9. de collat. l. 2. §. 3. quod legat.* Itaque satisfacere tutela aut cura nomine est, stipulanti pupillo vel adolescenti sive alii cui de ea re stipulandi jus est promittere se pupillum vel adolescentem indemnem praestaturum, datis in eam rem fidejussoribus, qui quod tutore ex ea causa praestare oportebit spondeant; unde haec cautio dicitur satisfactio de indemnitatem pupilli vel adolescentis, & passim satisfactio rem pupilli vel adolescentis salvam fore.

2. Si plures fidejussores à tutore dati sunt singuli in solidum tenentur & conveniri possunt, neque beneficium divisionis quod ceteri fidejussores ex epistola D. Hadriani habent ad fidejussores tutoris pertinet, *l. ult. rem pup. salv.* Ceterum ex persona plurium tutorum inter fidejussores dividitur actio, *l. 6. de fidej. & nomin. l. 1. §. 11. de tut. & rat. distr.* Pertinet vero haec stipulatio etiam ad curatores tutorum & procuratorum, *l. 4. §. ult. rem pup. salv. for. & siquidem tutor fuit, finita demum tutela committitur, atque exinde dies fidejussoribus cedere incipit; in curatore statim atque res quaeque salva non esse coepit, d. l. 4. §. 4.* Porro quidquid in iudicium tutela venit id etiam haec stipulatio continetur; & ac proinde non tantum damna illata sed etiam lucra neglecta, *l. 9. d. tit. l. 1. de tut. & rat. distr. l. 15. de adm. tut. VINN.* Recte Vinnius stipulationem pro tutore committi demum finita tutela scribit. Ita enim disertè Ulp. *l. 4. §. 4. ff. rem pup. salv. for.* Sed turbare videtur *l. 11. eod. ubi Neratius ait: Cum rem salvam fore pupillo cavetur, committitur stipulatio, si quod ex tutela dari fieri oportet non praestetur.* Unde quidam ajunt stipulationem statim committi oportebat, sed agi demum posse finita tutela. Verum salva res est. Non agit Neratius de modo quo committatur stipulatio, sed de ditione non opus videtur. *HBBIN.*

3. Sed hoc non est perpetuum] Hoc adeo perpetuum non est ut exceptiones latius patere videantur quam ipsa regula; nullum enim genus tutorum est in quo non aliqui satisfactioem legi soluti sint: testamentarii in universum, *l. 17. ff. de test. tut. l. 3. & 4. C. de tut. vel cur. qui sat. non ded.* Ex legitimis eximuntur patroni eorumque liberi, *l. 5. §. 1. de leg. tut. Ex dativis, qui dantur ex in-*

quisitione, *hoc text. & d. l. 4. C. de tut. vel cur. qui sat. non ded.* At cur hos omnes à satisfactioem immunes esse placuit contra utilitatem, ut videtur, pupillorum? Respondemus nihil hic fieri contra utilitatem pupillorum; tantum ubi illis satis bene prospectum esse creditur incivile visum est satisfactioem exigi, virisque spectatae fidei ac diligentiae hoc onus imponi. Tale autem habendi sunt qui vel testamento vel ex inquisitione dantur, ob causas quas nox exprimit Justinianus. Patrono autem liberique ejus etsi satisfactio remittitur, id tamen non nisi causa cognita, *d. l. 5. §. 1. de leg. tut.* Parentem autem manumissorem vel maxime hac lege solutum esse convenit.

Tutores testamento dati] Extrà quam si facultatum dati à patre tutoris facta sic deminutio, vel motum aut celata aut ignorata enervaverit improbitas, vel iniunctum cum patre exarserint, *l. 4. de test. tut. l. 8. §. 10. de conf. tut.* Tutores quoque qui non legitime testamento dati aut onimodo aut ex inquisitione confirmati sunt, satisfactioem non onerantur; ceteri satisfactioem, *l. 1. §. 2. & aliquot ff. seqq. de tit. §. ult. Inst. sup. de tutel. & ibi notat.*

Ab ipso testatore approbata] Quippe parentes nemini tutelam liberorum suorum committere solent nisi ei cujus benevolentia fides ac diligentia eis satis cognita perspiciaturque sit, *l. 36. de excus. ut merito patrum testimonium pro satisfactioem sufficere debet, l. 27. C. de Episc. aud. l. ult. §. 5. C. de cur. fur.*

Quia idonei electi] Quam ob causam fidem inquisitionis pro vinculo cautionis cedere, *Papinian. scribit, l. 23. in fin. de tut. & cur. dat. VINN.* De satisfactioem tutorum & curatorum apud nos ideo sedit Gregor. Lopez gloss. *5. ad diff. l. 9. & Baëzam tit. sing. de decima jure Regio tutori praestanda cap. 3. n. 77.* ubi asserit, quod sive à majori sive à minori iudice datus sit apud nos fidejussores dante tenentur. *ADDIT.*

TEXTUS.

Quatenus satisfactio in iis qui satisfacere non compelluntur locum habere possit.

1. Sed et si ex testamento vel inquisitione duo pluresve dati fuerint, potest unus offerre satisfactioem de indemnitatem pupilli vel adolescentis,

136
 tis, & curatoris suo vel curatoris praeferti ut solus administraret; vel ut curator aut concurator satis offerret praeparatur ei, ut ipse solus administraret. Itaque per se non potest petere satisfactionem à concutore vel concutore; sed offerre debet, ut electionem det concutori vel concutori suo, utrum velit satis accipere an satisfacere. Quod si nemo eorum satis offerat, siquidem adscriptum fuerit à testatore quis gerat, ille gerere debet; si non fuerit adscriptum, quem major pars elegerit ipse gerere debet, ut edicti praetoris cavetur. Sin autem ipsi tutores dissenserint circa eligendum cum vel eos qui gerere debent, praetor partes suas interponere debet. Idem & in pluribus ex inquisitione datis comprobandum est, id est ut major pars eligere possit per quem administratio fiat.

L. II. tit. 16. Part. 6.

COMMENTARIUS.

1. Provocatione unius ex pluribus tutoribus satisfactioni non obnoxii fieri posse ut ceteri satisfactioni subjiciantur.
2. Tutelam non tam commode à pluribus quam ab uno administrari; ideoque praetori curae esse ut administratio in unum derivetur; & quis in ea re ordo.

1. **H**ic locus exceptionem quamdam continet eorum quae de tutoribus testamento aut ex inquisitione datis satisfactionem non onerandis initio dicta sunt; nam etsi directo ab his satisfactione exigi non potest, si tamen plures sint hujusmodi tutores, provocatio unius fieri potest ut ceteri satisfactioni subjiciantur, si huic parato satisfacere administrationem committi nolit. Id quod summa ratione à praetore introductum est. Nam cum periculum administrationis non divisa commune sit omnium tutorum, & quod culpa unius male gestum est alios quoque oneret, l. 6. in fin. C. arb. tut. l. pen. C. de div. tut. aequissimum est ut ei qui hoc incommodum metuit solus administratio permittatur satisfactionem ad securitatem collegarum offerentis; aut si ipsi administrare malint, eadem conditione administrarent, collegamque suum qui satis oblitus praestita cautione eidem securum reddant.

2. Porro quoniam tutela non tam commode à pluribus quam ab uno administrari solet (quippe plures ad administrationem admitti saepe dissensione aut anulatio se in-

vicem impediunt, saepe etiam, ut ait Aristot. 2. pol. 2. mutua praesumptione & fiducia operare alterius omnes cessant; utique unus facilius & actiones exercet & excipit), cura praetori fuit, ut quoad fieri posset, in paucos vel unum potius tutelam derivaret, quam ut ea per multos spargeretur, l. 3. §. 6. de adm. tut. eleganter D. Tuld. cap. 3. & 4. hic. Hujus autem rei causa gradus complures praetor fecit, quorum ordinem & numerum hic demonstrat Justinianus. Primus est, ut ei qui ex pluribus satisfactioni non obnoxii satisfactionem offerre gestus committatur, l. 17. de test. tut. Proximus, si nemo satis offerat, ut ei committatur quem testator gerere voluit; cui male primum locum defert Hotom. d. l. 1. §. 1. de adm. tut. l. 14. §. 1. de solut. Tertius, si testator neminem designavit, ut si administraret quem major pars collegarum elegerit, d. l. 3. §. 7. d. l. 14. §. 1. Quartus, si collegae inter se dissentiant, ut tum praetor partes suas interponat & causa cognita ipse statuat quis tutelam gerere debeat, d. l. 11. Sorte hic rem dirimi non placuit, quia veritur praedictum alterius Gloss. in verbo partes. Enim vero haec ita obcipit, ubi de tutelae administratione uni aut paucis committenda agitur; nam si omnes gerere velint, aut tutelam inter se dividi vel in partes vel in regiones, audiendi sunt, ne inviti alienum periculum subire cogantur, d. l. 3. §. 4. §. pen. & ult. de adm. tut. Idemque est si omnes parati sint satisfacere, d. l. 17. de test. tut. ut tamen maxime idoneum praetor eligere possit, l. 18. d. tit. Porro nec iudicio testatoris semper in hac re statuitur, nec satis offerens semper praefertur ob causas quas affert Ulpian. d. l. 3. de adm. tut. d. l. 17. §. 1. & 2. de test. tut.

Per se non potest petere] Dativus vel testamentarius tutor sive curator à collega suo satis petere non potest: sed offerre ei debet utrum satis accipere velit, an dare, l. 7. rem pup. salv. for. scilicet ita; aut satis d. aut satis accipere.

In pluribus ex inquisitione] Ex interpretatione videlicet edicti & oratione DD. Fratrum: siquidem verba edicti ad testamentarios tantum pertinent, l. 19. §. 1. de test. tut. Illud hic praeterendum non est, etiam si uni administratio decernatur, non ideoque tamen honorarios tutores, id est eos qui non administrant, per omnia immunes esse à periculo tutelae: sed excusis prius facultatibus ejus qui gessit, etiam hos conveniri posse; quippe quo-

DE SATISFACTIONE TUTORUM VEL CURATORUM.

137
 rum munus sit observare actus tutoris gerentis, rationes inspicere, & male versantem suspentionem facere, d. l. 3. §. 2. de adm. tut. D. Tuld. cap. 4.

TEXTUS.

Qui ex administratione tutelae vel curationis tenentur.

2. Sciendam autem est non solum tutores vel curatores pupillis vel adultis ceterisque personis ex administratione rerum teneri, sed etiam in eos qui satisfactionem accipiunt subsidiariam actionem esse, quae ultimam eis praesidium post se offerre. Subsidiaria autem actio in eos datur qui aut omnino à tutoribus vel curatoribus satisfacti non curaverunt, aut non idonee passi sunt caveri. Quae quidem tam ex prudentum responsis quam ex constitutionibus Imperialibus etiam in heredes eorum extenditur.

COMMENTARIUS.

1. Qui & quando praetor tutores & curatores pupillis & minoribus tenentur, & quo quaque ordine conveniendus.

Pars hujus tituli altera, in qua agitur de actione subsidiaria quae pupillis vel adultis ceterisque personis tanquam ultimam praesidium datur adversus magistratus qui satisfactionem exigere debent. Unde apparet huic actioni locum non esse ubi testamento vel ex inquisitione dati sint tutores, sed usum ejus esse posse in legitimis tantum aut simpliciter datis, quos solos satisfactioni obnoxios esse diximus.

1. Subsidiariam actionem] Quae ex re ipsa hoc nomen accepit, quia in subsidium pupillis datur si à tutoribus eorumve fidejussoribus suum consequi nequeant; ut haec actio ultimam eis sit periculum, & tanquam sacra anchora, ll. 4. & 5. C. de mag. conv. Quo res melius intelligatur sciendum est primo loco conveniendos esse tutores eorumque heredes; & si plures sint tutores cum qui gessit ejusque successores, l. 39. §. 11. ff. de adm. tut. l. ult. C. de div. tut. quod si in solvendo non sit hoc ceteros onerare. Si omnes gesserunt unum eligi posse & in solidum conveniri, l. 2. C. de div. tut. l. 6. C. arb. tut. sed electo tum triplici beneficio succurrere nimirum divisionis & cedendarum actionum exemplum fidejussorum, l. 1. §. 11. ff. de tut. & rat. div. d. l. 2. C. de div. tut. & insuper utili

Tom. I.

137

actione adversus contutores si quid ex communi gestu non mandatis actionibus praestiterit, d. l. 1. §. 13. de tut. & rat. div. Si nemo gesserit & omnes solvendo sint electioni eidem locum esse, eumque qui convenitur excipere posse periculi societatem; ceterum ut actiones sibi praestent frustra desiderare, l. 38. de adm. tut. Quod si à magistratu vel testatore in partes seu regiones divisa sit tutela administratio pro parte attributa quemque conveniendum esse, nisi cuius dolus aut culpa arguatur quod collegam suspectum non fecerit, aut fecerit quidem sed collusorie aut eversis jam ejus facultatibus, d. l. 1. C. de div. tut. l. 46. §. pen. de adm. tut. Conventio autem tutorum mutuum periculum non finitur; verum qui administravit, si solvendo sit, ejusque successores primo loco conveniendi, l. ult. C. de tit. Porro & bona tutorum tam propter res gestas tum propter non gestas pupillis esse obligata, l. 20. C. de adm. tut. Myns. Schneid. hic. Atque hic pupillo consistendum si à tutoribus satisfactum non est, quia testamento aut ex inquisitione dati. Si vero tales sint ut satisfacere delinuerint nec exacta sit satisfactio, post tutores statim ad magistratum venit qui officium suum in exigendo neglexerunt, ut hoc text. Exacta autem cautione, proxime post tutores heredesque eorum conveniuntur dati fidejussores, jusque deficientibus heredes eorum, l. 3. de fid. & nomin. & her. tut. Atque ad extremum excusis omnibus & administratorum & fidejussorum bonis, si solum pupillus nondum consecutus est, subsidiaria actio est in magistratus qui satisfactionem acceperunt, l. 46. §. pen. ff. de adm. tut. l. 4. C. de mag. conv. Nonnumquam tamen prius ad magistratum venit quam ad contutores; si nimirum his nihil imputari possit quod vel satis à contutore non exegerit vel suspectum eum non fecerit, vid. l. 1. §. 15. de tut. & rat. div. junct. l. 34. de adm. tut. ll. 2. & 3. de mag. conv. add. Wesenb. par. de adm. tut. n. 5. & de mag. conv. per tot. Christin. vol. 3. dec. 156. n. 9.

Non idonee passi sunt caveri] Quoties vitiose cautum est non videtur cautum, l. 16. qui satis. erg. Atque hic notant paria esse utrum quid non fiat, an non debito modo. Sed hoc interest, quod ubi omnino cautum non est statim magistratus conveniri possunt, ubi cautum est licet non idonee, fidejussorum bona prius excutienda sunt quam ad magistratum veniantur.

In heredes] Non tamen similiter tenentur heredes.

heredes magistratum ut ipsi magistratus. Nam nec heres tutoris negligentia nomine tenetur. Nam magistratus quidem in omni periculo succedit; heres ipsius doli tantum & dolo proxima culpa succedaneus est, l. 4. ff. de mag. conv. l. 2. C. cod. Etenim si magistratus tanta fuit negligentia ut aut omnem cautionem omittet aut evidenter cum minor idoneis fidejussoribus contraheret, ipsum hoc casu loco fidejussoris habendum placuit, l. 6. cod.

TEXTUS.

Si tutor vel curator cavere nolit.

3. Quibus constitutionibus & illud exprimitur, ut nisi caveant tutores & curatores, pignori capis coercentur.

COMMENTARIUS.

Pignori capis] Pignora ideo dicuntur quia aliquandiu & donec aliquid fiat retinentur; quae pars fuisse videtur furti ditionis. Et sic in contumacia perseverent, removendi à tutela ut suspecti, l. 3. C. de susp. tut.

TEXTUS.

Qui dicta actione non tenentur.

4. Neque autem praefectus urbi, neque praetor, neque praeses provinciae, neque quisquam alius cui

LIB. I. TIT. XXV.

tutores dandi jus est hac actione tenentur; sed hi tantummodo qui satisfactionem exigere solent.

COMMENTARIUS.

1. An ipsi etiam magistratus majores cautionem exigere poterint.

Cui tutores dandi jus est] *Kar^o ἐξουσίαν*, vel jus plenum & liberum, quae item habent proconsules ceterique quibus provinciae regendae commissae, l. 2. de tut. & cur. dat. l. 1. §. 1. ff. de mag. conv. alloqui & magistratus municipales jus dandi tutores habent, sed circumscriptum aut pendens ab arbitrio & jusse majorum magistratum, l. 3. d. tit. junct. §. 4. Inst. sup. de Atril. tut. Locus hic descriptus ex l. 1. §. 1. de mag. conv.

Qui satisfactionem exigere solent] Ut magistratus & defensores civitatum *οἱ ἐπαγογῆται ἰσθμίου τῶν πόλεων*. Theophil. Item Scriba praesidis vel praetoris, l. ult. C. cod.

1. Aut exigere solent. Potuine ergo & ipse praetor cautionem exigere? Et potuisse non dubito, l. 2. & 3. rem pup. ult. Igitur et praesides poterunt. Nasquam tamen reperimus in eos actionem subsidiariam dari sed contra, generaliter non dari; fortassis propter eminentiam dignitatis eorum; vel quia absurdum videtur eis qui sine satisfactione tutorem dare poterant, fraudi esse quod singulari erga pupillum affectu ducti, quo certius si cautum esset, fidejussores exegerint.

TITULUS XXV.

DE EXCUSATIONIBUS TUTORUM VEL CURATORUM.

Dig. lib. 27. tit. 1. Cod. lib. 5. tit. 62. Et tit. 17. Part. 6.

Ratio ordinis, & quaedam negotiorum.

Tractionem de excusationibus & suspectis tutoribus in postremum hunc locum rejecit Justinianus, cum ageretur de modis quibus tutela finitur, §. ult. Inst. sup. quib. mod. tut. fin. Hoc tit. agit de excusationibus, sequenti & postremo de suspectis. Utramque autem etiam hoc argumentum promiscuum est, atque ex aequo ad tutores & curatores pertinet. Excusare se nihil aliud est quam justam causam apud magistratum allegare ad obtinendam à tutela sive delata si-

ve susceptae immunitatem. Ajo sive delata sive suscepta, nam excusationum usus est & ante & post susceptam administrationem ut ex sequentibus apparebit. Ajo justam causam, nam nisi excusatio justa atque ad eam rem constituta causa nitatur non est audienda. Etenim tutela munus publicum est, cuius ea conditio ut id nisi justa causa afferatur neque delatum detrectari neque susceptum deponi possit, l. 3. §. 1. & 4. l. 6. de mun. & hon. l. 1. & passim de vac. mun. l. 1.

DE EXCUSATIONIBUS TUTORUM VEL CURATORUM.

1. de adm. tut. Causae excusationum variae sunt: hic octodecim fere enumerantur, plures in *π.* & Cod. hoc tit. Acque harum omnium quaedam certae sunt & legibus ita definitae, ut simpliciter sint recipiendae; cujusmodi sunt numerus liberorum, administratio fisci, absentia Reip. causa, &c. aliae arbitrariae, quae causa cognita à magistratu vel recipi vel rejici possunt; quales sunt verbi causa paupertas, adversa valetudo, impertitia literarum.

TEXTUS.

De numero liberorum.

Excusantur autem tutores & curatores varii ex causis; plerumque tamen propter liberum, sive in potestate sint, sive emancipati. Si enim tres liberos superstitis Romae quis habeat, vel in Italia quatuor, vel in provinciis quinque à tutela vel cura potest excusari, exemplo ceterorum munerum; nam & tutelam & curam placuit publicum munus esse. Sed adoptivi liberi non prosunt; in adoptionem autem dati naturali patri prosunt. Item nepotes ex filio prosunt ut in locum patris sui succedant; ex filia non prosunt. Filii autem superstitis tantum ad tutelam vel curam muneris excusationem prosunt; defuncti autem non prosunt. Sed si in bello amissi sunt, quaeritur eis an prosint. Et constat eos solos prodesse qui in acie amiserunt. Hi enim qui pro Republica acciderunt in perpetuum per gloriam vivere intelliguntur.

L. 2. tit. 17. Part. 6.

NOTA.

Adoptivi liberi non prosunt] Olim proderant; quod morem reprehendit P. Scipio apud Gell. 5. cap. 19.

COMMENTARIUS.

Propter liberos] Romanis studium fuit ad matrimonia omnibus modis invitare, quod publice interesse credebant justa sobole repleri civitatem. Quam ob causam & pennis cotilibus, & maritos qui liberos suscepissent praeniiis affecerunt; quod effectum maxime legibus Julius de maritandis ordinibus, & lege Papia Poppaea, de quibus Cujac. ad l. 2. hoc tit. Lipsius in comm. ad 2. annal. ad verba Taciti de moderanda Papia Poppaea Horom,

in descriptione leg. Rom. Inter haec praevia immunitas fuit à muneribus civilibus, l. 1. in pr. & 2. §. 1. de vac. mun. ac proinde etiam à tutela & cura, l. 2. §. 2. ff. hoc tit. l. 1. C. qui num. lib.

Sive emancipati] L. 2. §. 2. hoc tit. l. 2. §. 4. de vac. mun. quippe haec immunitas non tam propter onus domesticum educationis liberorum conceditur, ut vulgo existimant, quam ut praemium & remuneratio *πολυπαιδίας* (parentum prole ditatum) De jure trium liberorum vid. Duar. 1. d. 19. 40. VINN. Et multo accuratorem M. Verriam, Maurum de jure liberorum. HERN.

Tres liberos Romae, in Italia quatuor &c.] L. 1. C. qui num. lib. se exc. Hinc apparet discrimen aliquod loci adhuc relictum fuisse inter Latinos, provinciales, ceterosque cives qui urbem incolerent, etiam post constitutionem Antonini in l. 17. de stat. hom. quavis omnes ex ea constitutione effecti sint cives Romani, quod & alibi observare licet, §. 40. Inst. inf. de ver. div. & pr. tit. de usuc. itemque in pr. quib. al. lic. Quod autem de novam Romanam *τῶν Κρητικῶν πόλεων*, & Thraciam *τῶν Ἰσθμίου* VINN. Frustra hoc praemium parentum Vionius refert ad reliquas diversorum jurium Civitatis Latii & provinciarum. Hic enim non ad diversos status hominum respicitur, sed ad locum ubi quisque habitaret. Hinc civem in provincias quinque, provincialem Romae tres liberi excusabant. Simile privilegium pro diverso loco habitacionis diversum est in l. 2. C. Theod. de in integr. restit. Hinc nec principium Inst. quib. al. lic. hac pertinet. Alia enim est Italia, aliud solium Italicum, Illa Alpibus & utroque mari finitur; hoc ubicunque coloniae Italici juris occurrerant, erat. Vid. vir. cl. Schulting. jurispr. ant. Justin. p. 619. HERN.

Exemplo ceterorum munerum] Personalium nimirum; nam à patrimonialibus muneribus, quae rerum & possessionum proprie onera sunt, numerus liberorum non excusat, l. 2. §. 4. l. 10. & seq. de vac. mun. neque ab honoribus muneribusque his coherentibus, d. l. 2. §. 1. nisi major sit, videlicet xvi. liberorum, l. 5. §. 2. de jur. imm. aut minimum xii. l. 24. C. de decur. quo tamen loco pro xii. substituendum esse xvi. existimat Gujac.

Publicum munus] Tutela proprie non est munus publicum; neque enim rem publicam sed privatam pupilli tutor tractat; nec Reip. peculiariter interest pupillis tutores dari, l. 2.